



## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 56. Conclusiones a quodam Claravallensi Abbate circa institutionem  
Episcoporum propositæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

§. LVI.

Sæcul. XVI  
A. C. 1562.*Conclusiones a quodam Claravallensi  
Abbate circa institutionem Epif-  
coporum propositæ.*

Tandem Hieronymus Souchier Gal-  
lus Claravallensis Abbas circa E- *Psalmus*  
piscoporum institutionem quasdam pro- *l. 6.*  
posuit conclusiones, quarum prima est  
hæc: „Episcopi a Christo immediate  
„instituti sunt eo sensu: quicumque pro-  
„moventur ad dignitatem Episcopalem,  
„per actionem sacramentalem, scilicet per  
„consecrationem promoventur, sed Sa-  
„cramenta immediate a Christo sunt in-  
„stituta, igitur potestas Ordinis non nisi  
„per Sacramentum confertur. Jam vero  
„nota est media hujus propositionis pars,  
„seu *minor*, ut inquit Scholastici.

„II. Episcopus a Christo aliquam præ-  
„rogativam accipit, ut sit major Pres-  
„byteris, in quantum est minister Sa-  
„cramenti Ordinis, id autem non com-  
„petit simplici Sacerdoti, qui ordinare  
„non potest &c.

„III. Jurisdictio Episcopi a solo  
„Christo non est; duplex autem est  
„missio interna, & externa: porro in-  
„terna Deus facit aliquem idoneum,  
„pro sua voluntate, prout vocatus est  
„Paulus a Deo interna vocatione, &  
„donis internis, quæ requiruntur in A-  
„postolis

Sæcul. XVI.

A. C. 1562

„postolis & sunt divisiones gratiarum  
 „I. ad Corinthios 12. v. 4. & apud D.  
 „Matthæum c. 9. v. 38. *Rogate Dominum*  
 „*messis, ut mittat operarios in messem*  
 „*suam: de qua interna missione loquitur:*  
 „*alia vero est exterior, qua quis*  
 „*canonice promovetur ad ministerium*  
 „*Ecclesiasticum ab eo, qui habet vocem*  
 „*statem, hinc is, qui per hanc vocem*  
 „*tur, non est fur, nec latro dicens,*  
 „*igitur, quod jurisdictio Episcoporum,*  
 „*in quantum interna est, a Deo provenit*  
 „*immediate, interim est imperio*  
 „*cta sine externa, & auctoritate Superioris,*  
 „*scilicet Romani Pontificis, sine*  
 „*ne quo non potest exercere, quæ sunt*  
 „*jurisdictionis, unde Papa consecrat*  
 „*Episcopum, non solum dat ei materiam,*  
 „*sed & jurisdictionem.*

„Porro illo Divi Apostoli textu videtur  
 „*qui operatus est Paulo inter gentes*  
 „*mabat, Christum determinasse jurisdictionem*  
 „*Paulo erga gentes: Est quædam*  
 „*dem Romanus Pontifex in omnibus*  
 „*functionibus Christi minister, sicut*  
 „*teri, sed erant diversi gradus ministeriorum,*  
 „*& cooperationum. Nullus*  
 „*ro censetur Episcopus institutus, nisi*  
 „*non sit vel a Conciliis generalibus, vel*  
 „*a Romano Pontifice, & ex contentione*  
 „*illius explicito, vel implicito, aut in*  
 „*casus occurreret, quominus adiri posset*  
 „Ponti

„Pontifex, interpretativo, non tamen  
 „est ita dicendum, quod Romanus Pon-  
 „tifex omnia possit pro arbitrio, sed se-  
 „cundum Regulam, & ad finem, scilicet  
 „ad ædificationem Ecclesiæ, & ad sa-  
 „lutem nostram. Postea Abbas Cassinen-  
 „sis dixit, Papam, os, manum, & linguam  
 „Christi esse: Franciscus vero Zamora,  
 „Hispanus, Generalis Sancti Francisci de  
 „observantia, edixit, scopum omnium  
 „hæreticorum esse, ut cunctis machinis  
 „Sedem Apostolicam & hierarchiam Ec-  
 „clesiasticam expugnent, quibus resisten-  
 „dum est, ut ait Irenæus lib. 3. cap. 2.  
 „ad Valen.

Sæc. XVI.  
 A.C. 1562.

§. LVII.

*Maximiliani electio in Romanorum  
 Regem.*

Die Martis octava Decembris, alia ha-  
 bebatur congregatio, in Templo  
 Majori, ubi sacris operabatur Antonius  
 de Muglitia, Moravus, Archiepiscopus  
 Pragensis, ac Orator Cæfareus, ac præ-  
 sentibus Legatis, Oratoribus, & Patri-  
 bus, per Andream Duditium Sbar-  
 dellatum, Hungarum, atque Episcopum  
 Tinnensem, de laudibus Maximiliani,  
 Regis Bohemiæ, habita est oratio do-  
 cta quidem, & elegans, idque pro a-  
 gendis Deo gratias ob Maximiliani in  
 Regem Romanorum electionem, quæ u-  
 nani-

*Scand. ad  
 hunc ann.  
 n. 40.  
 Mem. hist. &  
 polit. de la  
 Maison  
 d' Autrich.  
 tom. 2. p. 22.*